



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XX. Impius vilis & miser est, quia monstrum est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

CAPVT XX.

Impius miser est, quia monstrum est.

PRisci & mystici fabularum
authores Iano, Gerioni, Gy-
gi Briareo, Argo, &c. plura cor-
pora, brachia, capita tribuerunt;
Sunt & multa naturæ portento-
sa monstra, sed nullum homine
scelerato, deforme magis & abo-
minabile est, horrendum omni-
no, informe, ingens, cui lumen
ademptum. Si quis enim in hu-
mano corpore, ordine membro-
rum inuerso, capite videlicet in
terram depresso, pedibus autem
sursū erectis incederet inambu-
larétue, sicq; faciem, præcipuam
sui partem luto sordibusque im-
mergeret, & intolerabili labore
ac dolore se conficeret, monstri
ad instar esset: iam impio, in in-
teriori sui parte, peccato mortifero

fero idem accidit; ratio enim, quæ principatum obtinet, superiorq; adeo est, appetitui sensitivo, quem cum brutis animantibus communem habet, turpissimè subijcitur; Dominus seruo morem gerit, ancillæ hera. Qui in circuitu deinde semper ambularet monstrum meritò videri posset, & quidem diabolicum; Diabolus enim in circuitu ambulat, vt ipsemet de se testatur, testis hac in re non mendax; interrogatus siquidem à Domino vnde veniret, respondit: *circuivi terram, & perambulavi eam.* Et de illo Petrus ita scribit: *circuit quærens quem deuoret; at impius in circuitu ambulat,* vt Dauid ait, desiderium etenim illius & progressus figuræ circulari similis est, nescit in illis finem, illis nunquam satiatur, *semper dicit avarus v. 8. affer.*

*Iob. 1. 7.
1. 6. 5. 8.*

Pf. 11. 9.

*Prou. 30.
15.*

affer.

affer.

*affer.
de vi
ditur
ab an
uari
de ad
sine f
quia
lat, s
subsi
dicere
inquin
ficles.
progr
re nec
Sed m
ditur
postq
gyrum
preher
loco e
cuius
à pecc
bus p*

affer. In infinitum etiam tendit,
 de vitio enim in vitium progreditur,
 à superbia ad ambitionem, ab ambitione
 ad avaritiam, ab avaritia ad inhumanitatem,
 inde ad crudelitatem, & ad necesse sine fine,
 monstrum igitur est, quia incircuito
 semper ambulat, semper graditur, nunquam
 subsistit; vnde cum sui similibus
 dicere potest: *Lasati sumus in via* *Sap. 5. 7.*
iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.
 Ecquis minus eodem progreditur,
 qui vltius pergere nequit, ait Mazarinus noster. *In ps. 50.*
Conc. 68. Sed multa sua ignominia regreditur,
 haud secus ac mola, quæ postquam
 trigiesies millies in gyrum acta fuerit
 vno die, deprehenditur vespere eodem
 quo loco cœpit mane; sic impius cuius
 vita sumpsit exordium à peccato,
 medium ab operibus prauis, moritur
 tandem cum

*Es. 26. 7.**Hom. 74.
in Mat.*

cum peccato, & ibi deprehendit
se in morte, vbi in ortu suo erat,
quin multò peior euasit; *rectum
verò callis iusti est ad ambulandum.*
Monstruosum & illud, hominem
vnum & eundem duo habere
corpora, eorumque vnum viuū,
mortuum alterum. Ei similis est
homo improbus; animam enim
mortuam in viuo corpore cir-
cumfert. De quo D. Chryso-
stomus sic scribit: *Si quis cadauer pu-
tridum circumferens per ciuitatem
vagaretur, nonne omnes fugerent?
Hoc de te cogita, peccator, qui animam
peccatis obrutam circumducis, quod
multò est grauius, &c.* Per Tragela-
phum, quem inter monstra nu-
merant Philosophi, impius cum
D. Augustino intelligi potest,
quòd præstantiam & pulchritu-
dinem cerui, ratione repræsen-
tet, parte reliqua, propter defor-
mitatem hirco sit comparandus.

Clem
nem
tauri
qui su
equi r
sum ta
in calc
quod
cerner
nus no
est mer
nipote
nebræ,
co, lug
licaten

Homo, q

PECC
enim
mendaci
menda
peccatu

Lib. 4.
Strom.

Clemens Alexandrinus hominem improbum Poetici Centauri figmento similem facit, qui sursum hominis, deorsum equi referat formam. Monstruosum tandem, cerebrum habere in calcaneo, os in ventre, &c. Id quod in peccatore quouis est cernere. A monstro quoque alienus non est impius, cuius cibus est mendacium, potus furor omnipotentis, lutum lectus, lux tenebrae, &c. quiq; plangit ut Draco, luget ut Struthio, ineluctabili catenarum nexu ligatus.

CAPVT XXI.

Homo, quā improbus, miser est, quia merum nihil est.

Peccatum est nihil; dicitur enim in S. litteris *vanitas & mendacium*; *vanitas autem & mendacium est nihil*, ergo & peccatum est nihil. Indicat id

I D. Pau-